

et postero die conventus haberi  
 Ecclesiasticus debebat: Magna igitur  
 in discrimine res versabatur,  
 cum Eusebiani minarum vehemē-  
 tia, Alexander precum pieta-  
 te certarent. Sed Dominus Iudex  
 esse voluit, qui et sententiam de re-  
 ligione tulit. Nondum enim sol  
 occiderat, et in locum certum Ari-  
 us abstrahitur, ita necessitate po-  
 stulante, ibique collapsus, pariter  
 communitate Ecclesiastica et  
 vita privatur. Epiphanius in  
 refutatione Meletij narrat Alex-  
 andrum à Deo precatum esse ut